Caesar, Gaius Iulius; Hirtius, Aulus [Oth.]; Glareanus, Henricus Loriti [Oth.]; Brylinger, Nicolaus [Oth.]: C. Ivlii Caesaris Commentariorvm Libri VIII

Basileae: Per Nicolavm Bryling, 1548 Seite 376



migibus, minusq; peritis gubernatoribus utebantur,
qui repente ex onerarijs nauibus erãt producti, neq;
dum etiã uocabulis armamentorũ cognitis, tum etiã
grauitate, & tarditate nauium impediebantur, factæ
enim subitò ex humida materia, non eundẽ usum ce-
leritatis habebant) itaq; dum locus cõminus pugnan-
di daretur, æquo animo singulas binis nauibus obijcie-
bant, atq; iniecta manu ferrea, et retenta utraq; naue,
diuersi pugnabant, atq; in hostium naues transcende-
bant, & magno numero Albicorũ, & pastorũ interfe-
cto, partem nauium deprimunt, nõnullas cum homini-
bus capiunt, reliquas in portum cõpellunt. Eo die na-
ues Maßiliensiũ cum ijs, quæ sunt captæ, intereũt IX.
Hoc primum Cæsari ad Ilerdã nuntiatur. Simul per-
fecto ponte celeriter fortuna mutatur. Illi perterriti
uirtute equitũ, minus liberè, minus audacter uagaban-
tur: aliâs nõ longo ab castris progreßi spatio, ut cele-
rem receptum haberent, angustius pabulabãtur: aliâs
longiore circuitu custodias, stationesq; equitum uita-
bant, aut aliquo accepto detrimẽto, aut procul equita-
tu uiso, ex medio itinere proiectis sarcinis fugiebant.
Postremo etiã plures intermittere dies, et præter con-
suetudinem omnium noctu constituerant pabulari. In-
42 terim Oscenses, & Calaguritani, qui erant cũ Oscen-
sibus contributi, mittunt ad eum legatos, seseq; impe-
rata facturos pollicentur, hos Taraconenses, & Lace-
tani, & Ausetani, et paucis post diebus Illurgauonen-
ses,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/caesar1548/0412
gefördert durch Baden-Württemberg